



Innominatim inire cum Deo, si hoc mihi concesserit, ingrediatur religionem, esse verè affectum ad religionem, sed quia oblat id impedimentum, peccat à Deo, ut ad auferat, & in hoc eum contraheum. Respondet ex modo promittendi non importari directum affectum ad religionem, & per accidens eum contingere, sed ad id beneficium consequendum; atque ita verè suspenditur consensus religionis. Non enim est sensus, quando hoc conuenit, ingrediatur. In dubio autem, ubi non constat de alio uolentis animo, iudicanda sunt humiliora vota conditionalia à communiter accidentibus. Quod in plurimum per modum pachi ad id beneficium à Deo impetrandum emittantur. Per posterorem autem partem differt votum merè conditionale à penali. Quippe utrumque in eo conuenit, ut consensus sit imperfectus, & conditionalis, pendensque ab euentu conditionis, & usque ad eum suspendendo. Differunt autem hæc vota, quod in penali res promissa apponatur tamquam ingrata, & odiosa uolenti, ac penæ, ut ejus timore areatur, ne committat, quod vitare intendit, vel ne omittat, quod exequi desiderat. At in merè conditionali non ponitur tamquam odiosa, & penæ, sed tamquam obsequium, quod eligat uolens Deo offerre, quo ipsum inducat ad id beneficium concedendum.

2. Condicio autem apposta in voto aliquando est affirmatiua, quæ, nempe, adicitur per affirmationem, & in faciendo consistit. Ut si Deus concesserit salutem, ingrediatur religionem. Aliquando autem est negatiua, & consistit in non faciendo; ut si non vindictam sumsero, si castitatem seruauero. Rursus conditio alia est præteriti, aut presentis temporis, quæ verè conditio non est, cum consensus non suspendat. Ut si pater meus modo uixit, vel heri uixit. Alia est de futuro, quæ proprie conditio est. Et hæc alia est necessaria, ut si eras solerter, alia est impossibilis, ut si scilicet digito religeris. Alia est contingens, & hæc alia honesta, & alia turpis. Atque ex turpibus quædam sunt contra voti substantiam; alia non contra voti substantiam. Quæ ex sequentibus magis consabunt.

Triplex ergo quæstio disputanda est. Prima est, quando votum sub conditione affirmatiua emissum obliget. Secunda, quando obliget emissum sub conditione negatiua. Tertia, an votum conditionale obliget conditione non impleta ob uolentis culpam.

4. Quæstio prima. Quando obliget votum sub conditione affirmatiua emissum? Prima conclusio sit. Quando conditio affirmatiua voto adiecta est honesta, & possibilis, & in præteritum; aut in præsens tempus confertur, non suspendit voti ualorem; nec id conditionale reddit, sed si conditio illa presentis temporis ita in se contingit, & ita contingit, obligat statim votum; si autem ita non accidat, aut non accidit, minime obligat votum deficiente conditione. Hanc tenet Azor. lib. 11. institutionum moralium cap. 15. questione nona, vers. Tertio, & a nemine negatur. Atque latè eam probauimus in matrimonio, & in aliis contractibus, libro quinto de matrimon. dispensatione facta, numero 2. Dum dicunt autem Doctores votum statim obligare, non intelligendum sunt, quasi illa dies sit præfixa executioni voti, sed tantum uolunt votum perinde ex tunc obligare, ac si esset absolutum. Ut de voto conditionali probauimus cap. precedenti, num. 27.

Secunda conclusio. Si conditio est per naturam necessaria, etiam si tempus futuri, non suspendit voti ualorem, sed est statim perfectè obligans. Ut uoueo religionem, si sol eras oritur. Quia cum ea conditio sit necessaria euentura, habet statim per impleri. Hanc in uotis tenet Azor. eadem q. 9. vers. Item si turpis. Et in matrimonio latissime probauimus lib. 5. de matrimonio disputatio secunda, numero secundo, contra paucos, quos ibi numero 1. retulimus. De tempore autem hujus obligationis obseruandum est idem, quod diximus numero precedenti, in fine. De aliquibus tamen hujus conclusionis limitationibus posset hic disputari. Sed latissime de illis disputauimus in matrimonio, illa disputat. 2. numero 3. & sequentibus. Quippe idem proflus est dicendum de voto nec placet eas repetere, quia nunquam vota sub his conditionibus emittuntur. Sed una limitatio est addenda, nempe, ut intelligatur, quando nullum tempus adicitur promissioni; sed soli conditioni; tunc enim statim perfectè obligat. Ut promitto castitatem, si sol ab hinc duobus annis oritur, votum statim obligat, ac si illa conditio necessaria non esset adiecta. At si tempus aliquod promissioni adicitur, non obligat votum usque ad id tempus. Ut promitto me ab hinc anno castitatem seruaturum, si sol oritur, non teneo illam ratione voti seruate, donec annus labatur. Non quia conditio illa consensus suspendat; non enim suspendit, sed statim est votum absolutum, & perfectum, sed quia dies executioni præfixa est, & ita usque ad illum diem non obligat; sicut nec obligaret, ea conditione necessaria non adiecta. Et ita docet Paulus l. in illa stipulatione 8. num. secundo, ff. de uerb. oblig. Insuper, quando particula, si, æquiualeat particule, quando, & ita non habet vim conditionis, non statim obligat votum, sed quando euentus ille contigerit. Ut, uoueo religionem, si pater morietur, id est, quando pater morietur, non obligat votum, donec moriatur pater. Quod secus esset, si sensus esset verè conditionalis, eo quod conditio est necessaria, & sic statim obligaret. Ut numero primo aduertimus.

6. Tertia conclusio. Condicio contingens futuri temporis, & honesta, suspendit voti obligationem, idque verè conditionale reddit, non obligans, donec ea euenierit. Constat ex cap. Super eo, de condit. appol. Et ratio est manifesta, quia est conditionis natura, ut actus ualorem suspendat usque ad eum euentum, leg. Si ita stipulatus fuero hanc summam, ff. de uerb. oblig. c. l. regia. l. it. a. part. 4. Et nullo jure rejicitur à voto conditionis honestæ, & possibilis. Hanc conclusionem omnes admittunt. Nec satis est partem conditionis impleri, sed tota conditio impleri debet, ut votum obliget. Ut si promittit quis religionem, si frater ex Asia sanus redierit, & redat infirmus, non tenetur voto. Quia ea parte non impleta, est uerum dicere conditionem impletam, non esse. Et conditionem integrè impleri oportet, nec in minimo deficere, est materia sit suapte natura diuidua. Ut relato Decio probat Sermiento lib. 1. selectarum cap. 1. num. 7. Et ita tenet Azor. lib. 11. institutionum moralium cap. 7. q. 9. Qualiter autem statim impleta conditioe votum conditionale obligare intelligendum sit, diximus cap. precedenti, num. 27. & 28.

7. Hæc tamen conclusio intelligenda est, si conditio adiciatur in ipso uouendi actu, antequam in se uolentis intentione impletus sit. Secus si ex quantumvis paruo intervallo adiciatur. Ut si quis decreuit absolutam castitatem uouere, & dixit, uoueo castitatem, habens eam absolutam intentionem, non potest postea etiam ex intervallo, quantumvis modico, & imperceptibili conditionem adicere. Quippe cum votum illud semel absolute emissum suam integram perfectionem consecutum sit, nec ab eo liceat recedere, nullam admittit conditionem. Atque ita probauimus in matrimonio, in quo est eadem ratio, ac in voto, lib. 5. de matrimonio, disput. 6. num. 3. Atque in religionis professione probauimus infra cap. 27. num. 93. Imò uoto sub conditione aliqua semel emissio non potest postea addi gramam aliquod, aut restrictio, quæ addi non possent, si id votum purè emitteretur. Quia id votum conditionale est iam in suo ordine perfectum, nec minis oritur ex illo obligatio, & debitum in spe, quam ex eodem purè emissio obligatio, & debitum in re. Atque ita loquentes de promissione, & donatione homini factis, docent Sylvester, verbo Donatio 1. quæstione decimaquinta, numero 19. Molina dicens neminem reitigari, tomo 2. de iustit. disputat. 285. columna quarta, conclus. quarta. Quid autem in dubio, an ex intervallo apposta fit, dicemus numero 24.

8. Sed de conditione impossibili est difficultas. Ut scilicet digito terigero, uoueo castitatem. Philarcus de officio sacerdoti, tom. 1. qu. 2. lib. 3. c. 21. ait eam ceteri non adiectam, & ita ualere votum. Probat, quia cap. finali, de condit. appol. id decernitur fauore matrimonii. At votum est fauorabilius. Item, quia id etiam in ultimis uoluntatibus decernitur jure ciuili, l. 1. §. si qui ita, & l. si quis ita institutus, ff. de condit. instit. c. §. Impossibilis inst. de heredi. instit. l. 3. tit. 4. part. 6. Et ratio illorum textuum procedit etiam in voto. Quippe ea est, ne in rebus tam feris præsumat Ecclesia aliquid iocose, & non serio actum. At nil serius est voto, in quo cum Deo agitur. Alii dicunt in foro externo eam conditionem per non adiecta haberi, & ita iudicari votum ualidum, secus autem in foro interno. Ita docet Azor. lib. 11. institutionum moralium cap. 15. questio 9. vers. 3. Et quamuis Doctores hi non distinguant, aut sit conditio impossibilis de presenti, aut præterito, aut futuro; at cum indistinctè loquantur, censentur de omnibus hi intelligere, eò uel maxime, quod iuxta probabiliorè sententiam omnes illæ censentur non adiectæ in matrimonio. Ut probauimus lib. 5. de matrim. disput. quarta, num. 2. Sed neutra sententia placet. Non prior, quia cum id in solo matrimonio, & ultimis uoluntatibus decernitur iure humano sit, & eo scilicet non haberetur per non adiecta, sed omnino irritam redderet dispositionem; non haber locum ea decisio in aliis omnibus dispositionibus, in quibus id iure humano non reperitur sancitum. Ut optime docet Molina tom. 1. de iustit. disputat. 206. columna quarta, conclus. prima, in fine. At in voto nullibi habetur conditiones impossibiles rejici. Nec fauor matrimonii, quo quædam in illo lancium est, militat in uoto. Quippe is fauor est, quod jura statuant in dubio præsumendum in matrimonii fauorem, ne periculum sit separandi legitime conjugatos, & transuendi ad alias nuptias. Ut probauimus lib. 5. de matrim. disputat. tertia, num. 15. Quod periculum non est in voto; imò in dubio, an id emissum sit, præsumitur in libertatis fauorem. Præterea, quia ut habeatur per non adiectis illæ conditiones in matrimonio, & ita præsumatur consensus absolutus, oportet contrahentes seire constitutionem Ecclesiasticam decernentem eas rejici. Ut probauimus eodem lib. 5. disputat. tertia, num. 11. & 12. Cum ergo nulla sit constitutio id decernens in uotis, non potest ea seiri, ut si reputetur non adiectæ. Nec etiam posterior sententia placet. Quia cum nullus sit votum censendæ pro non adiectis habens, in neutro foro censendæ sunt non adiectæ. Insuper, quia si haberetur in foro interno, quoties non constaret contraria uolentis intentione. Ut in matrimonio probauimus ea disputat. 3. numero 20. Atque idè dicendum est, eas conditiones impossibiles non haberi pro non adiectæ, sed irritum omnino reddere votum. Et ratio est, quia promittens aliquid sub conditione, non uult obligari, nisi ea existente. Ergo quando conditio nequit

exillere, non manebit obligatus. Et ita sentient Ricardus 4. disp. 38. art. 1. quest. 1. ad 2. & ibi Paludanus, q. 3. art. 2. concl. 1. numero 13. Supplementum Gabrielis ibi quest. prima, art. 3. concl. 2. in fine, Palacios ibi disputat. prima, conclus. quinta, fol. 837. Abulensis cap. 30. Numerus, quest. 92. Et intelligendi sunt de omnibus conditionibus impossibilibus, siue presentis, siue præteriti, siue futuri temporis. Cum non distinguant, & ratio tradita militet in omnibus. Et à fortiori hoc ellet uerum, si uotum reputaret eam conditionem possibilem; majori enim ratione votum ellet irritum. Quia etiam in matrimonio non reputatur ac non adiecta conditio impossibilis reputata à contrahentibus possibilis, sed illud omnino irritum reddit. Ut probauimus libro quinto de matrim. disputat. tertia, num. 8.

9. Hinc aliquis deducere posset votum, cuius executio pender à Pontificis licentia, esse irritum. Ut si quis uoueat peregrinari Hierosolymam. Non est enim ei integrum exequi id votum absque Pontificis licentia; aliàs excommunicationem Pontifici referuatum incurreret. Ut referunt D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 30. in fine, & alii, quos refert Suarez 5. tom. in 3. p. disp. 22. sessio 6. num. 9. Qui bene dicit folos peregrinantes illuc causa deuotionis, ea censeri ligari; scilicet de euntibus causa negotiandi, est postea ex deuotione loca sancta uisiterent. Quia de prioribus sunt expressè uerba licentia censuræ. Possentque dici ad existimandum id votum esse irritum, qui id sentiant, eò quod conditio à principis uoluntate pendens reputatur impossibilis, & sic habebitur, ac si conditio impossibilis adiecta esset. Cuius sententia Auctores in matrimonio initio inter conlangueus sub ea conditione, retulimus lib. 5. de matrim. disp. 5. num. 5. Sed id fundamentum reprobauimus ibi n. 11. Et idè dicendum est cum Suarez ea sessio 6. n. 10. uotum eius peregrinationis conscientia non impenetrata Pontificis licentia, esse irritum; utpote quod de re illicita est. At votum simpliciter emissum eius peregrinationis esse ualidum. Quod licet seruari queat Pontificis licentia impetrata, ad quam petendum votum obligat. Et confirmatur, quia tantum abest, ut id votum sit irritum, ut potius sit Pontifici referuatum. Tandem, quia ex communi sententia dicemus infra tractantes de uotum irritatione, votum religionis ab Episcopo emissum ualere; cum tamen ad implendum indiget Papæ licentia.

10. Rursus de conditione turpi est eadem difficultas. Quia rejicitur quoque à matrimonio, & censetur contraheus turpis, c. finali, de condit. appol. Ad dicendum est, eam quoque irritum reddere votum, quando est contraeius substantiam, sicut in matrimonio decernitur eo c. finali. Ut si quis uoueat ea conditione, ut nullatenus uoto teneatur, uel ut illud non reddat. Quod repugnet cum ea conditione substantiam voti consistere. Et ita docent Sylvester uerbo Religio 3. q. 3. Azorius lib. 11. institut. moralium c. 15. q. 9. vers. Porro sciendum est. Atque in religionis professione probauimus idem cap. 27. nu. 92. Et nil ferit, cuius temporis sit conditio. Quia eadem ratio militat.

11. Quando autem conditio turpis non est contra voti substantiam, si ea sit de præterito, aut præsentis, ut si heri furum est admittum, uel modo admittitur, manifestum est non reddi irritum votum, sed ea substantie obligare, secus si non subsistat. Quia nemo inde ad peccandum incitatur, nec in dante potest per illud comparare aliquod malum à Deo. Atque ita bene docet Azor. in qu. 9. vers. 3. At quando conditio illa turpis est de futuro, ut si quis uoueat religionem, si seruatus fuerit, non in sensu penali, sed in sensu verè conditionali, an ualeat votum; diximus lib. 4. cap. 6. num. 17.

12. An uerò irritum votum conditio pendens omnino à uolentis uoluntate, quæ potest ab aliquo bono retrahere. Ut si quam religionem ingrediatur, uoueo Carthusiam; diximus lib. 4. c. 8. à nu. 44. Et an sint conditionalia uota, & qualiter intelligenda, si Deus aliud non disposuerit, uel non fuerit aliquid sibi gratius, uel si possit, uel uouere fore, ut nullus incipiat; diximus c. 16. à n. 2. usque ad 7.

13. Qualiter autem debeat verificari hæc conditio, uoueo religionem, si patri meo modo placeat, uel si placuerit, siue hoc uerbum, placuerit, sit de præterito, siue sit de futuro subsistat; sic distinguendum est. Si conditio sit de presenti, si modo placeat patri, uel sit de præterito, si patri placuerit, ualeat votum statim ea impleta; quamuis uolens eam impletam esse ignoret; & quamuis crederet patri displicere, aut displicuisse, si re uera placeat, aut placuit, & sic impletur conditio; & habet uolens uouendi animum; si ita se habet conditio. Sicut in sponsalibus, & in matrimonio hoc pro. batiuim lib. 5. de matrim. disp. 7. num. 2. & 3. Imò satis est uirtute patri placuisse. Quia cogitauerat de eo ingressu, & ei placuerat; uel quamuis non cogitauerat, et eo ingressu, & ita approbaret; illa approbatio est interpres uoluntatis virtualis præterite, aut saltem declarat minime displicuisse. Quia sensus est, quando est de præterito, si pater non fuerit displicuit, & sciam gratum habere. Ut in matrimonio probauimus lib. 5. de matrim. disputatio septima, numero quarto. At si tunc non placeat, & conditio est de presenti, quamuis placet placeat, iam deficit conditio, & votum non obligat. Sicut in matrimonio probauimus ea disputatio septima, numero quinto. Si autem est condi-

tio de præterito, & aliquando tempore præterito placuit, & displicuit, standam est posteriori uoluntati; & si ea sit complacentia; ualeat votum; secus si fuit displicentia. Ut probauimus in matrimonio, ea disputatio septima, num. 5. Quod si pater consensus taceat, nec explicet tunc consensus, nec dissentium, uel erat defunctus, dicemus numero sequenti.

14. Quod si illa conditio, si patri placuerit, sit de futuro, ut in dubio, an intentio uolentis fuerit de præterito, au de futuro, præsumendum esse probauimus ea disput. 7. numero 1. si pater certior factus primo dissentiat, & postea consentiat, non obligat votum. Quia statim ac dissentit, deficit conditio. Ut contra alios relatatos ea disputat. 7. num. 3. defendimus ibi numero 9. & 10. in contractu matrimonii. Atque in propriis terminis uoti sustinet, Azor. lib. 11. institut. moral. c. 15. q. 9. uers. Præterea conditio. Quod si pater consensus taceat non explicans consensus, nec dissentium, & neutrius sufficientes coniecturæ sint, sed res manet anceps, probabilius esse, ceteri impletam conditionem, siue sit de presenti, siue de præterito, siue de futuro, & ualere votum. Quia ea conditio eo tendit à filio posita, ut pater contradiceret, aut agrè ferret. At ea taciturnitas lais declarat, nec eum contradicere, nec agrè ferre. Secus autem esset, si conditio foret, si pater dicat se consentire. Sicut hæc defendimus in matrimonio, ea disput. 7. num. 12. & displicenti sequenti, contra alios; qui satis probabiliter teneant oppositum, quos retulimus ibi numero undecimo. Si autem pater primo consentiat, obligat statim votum, tamquam conditione stante, & ita non potest dissentus eius postea subueniens. Quod si pater obierit tempore uoti, siue id uolens sciret, siue ignoraret; quatuor in matrimonio retuli tentio licet ea disputat. 7. a. num. 15. usque in finem. Sed in uoto sic dicendum est. Siue uolens esset tunc mortis consensus, siue ignorans, votum esse irritum; siue conditio sit de futuro, siue de presenti. Quia est conditio impossibilis, ac proinde irritum reddit votum, iuxta dicta num. 8. Quia in neutro euentu potest conditio subsistere. Si uero fuit conditio de præterito, potuit euenire, ut ante mortem haberet complacentiam, & cum mortis consensus eam petat, clarè intellexit de complacentia expressa. Quia iam non timebat illi displicere; & idè si de ea præterita patris complacentia certior fieri nequit, minime obligabit votum. Quia necit conditionem existere. Quare similiter si pater obeat post votum, antequam eius consensus possit assensum præstare, uel dissentium significare, credo non obligare votum. Quia non posita est conditio. Ut bene docet Azor. proxime allegatus. & consilabit ex dicendis num. sequenti. Sed hoc intelligo iuxta dicta num. 26. nisi animus uolentis esset non contritari patrem, eò quod timeret illum agrè laturum. Tunc enim eo mortuo ante consensus, uel dissentium, teneatur voto, propter regulam ibi tradendam. Quando autem est conditio negatiua, si pater non contradixerit, dicemus num. 34. Et de conditione, si quis consulerit, uel uoluerit, & aliear petere: ut nolit, dicemus à num. 54. Quod si filius, qui possuit conditionem de præterito, si patri placuit, ignorabat mortem patris, dicendum est idem prout; quod proxime diximus, quando pater obit post votum, illius ignorans, ut consensus, uel dissentium præstet, non enim ualebit votum; nisi intentio uolentis fuerit non afficere molestia patrem. Quam intentionem credo à communiter accidentibus in dubio præsumendam. Id enim communiter intendunt filii eam conditionem ponentes. Et idè in hoc dubio obligabit votum.

15. Hinc deducitur, votum ingrediendi religionem ad allicijus requisitionem, si sensus sit conditionalis, si ille mo requisierit, & ille ante requisitionem obeat, non obligare. Quia deficit conditio. Et hoc consonat dictis numero precedenti. Qui tenent Palud. 4. d. 38. qu. 1. art. 1. n. 14. conclus. 2. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. in initio, notabilis 5. sybo. uerbo Verum 2. q. 5. Quando autem sensus non est conditionalis, uel si uotum sit, quandoque mo ille requisierit; dicunt Palud. & D. Anr. ibidem, uideri promissionem in diem, & ita illo mortuo obligare. Quia iam requisitio expectari nequit. At melius sybo. ait ex coniecturis deprehendendam esse uolentis intentionem. Quia forte intendebat ingredi ingrediende socio, & non alter; uel intendebat promittere amico recepturo promissionem, & intendebat promittere uoto. Quod si de hac intentione non Deo; & si an sensus fuerit conditionalis, iudicandum dubium sit, uel an sensus fuerit conditionalis, iudicandum credo in libertatis fauorem. Cum enim uoluntas non absolutè sit ligata, sed altero requirente, nec posita sit requisitio, potius libertatem suam possidet, quam uotum; donec conset intentionem suam fuisse uolere absolute, & solùm petitam esse requisitionem alterius ad determinandum ingressus tempus. Tunc enim cum jam requirere nequeat, obligabit votum religionis; ac si ea requisitio petita non esset. In quo casu bene dixerunt Paludanus, & Dionys Anton.

16. Quod si conditio sit, uoueo religionem, si uoluerit, uotum est nullum. Quod ad nil adstringat uolentem, sed liberam ei uolendi, aut nolendi libertatem relinquant, & ita nil obligat. Secus si conditio esset de arbitrio conformi prudentia, ut si arbitratus fuero, non iudicauero mihi expedire, tenebitur enim id sequi, si re lectum perpetua iudicabit sibi expedire. Quia non aliud consilium petere uoluit.

17 Si autem votum sit aliquid efficiendi, donec talis persona velit, vel veniat, vel aliquid faciat, & illa moriatur antea, vel in furorem incidat, qualiter obligat: diximus lib. praec. 18. n. 14. & 15.

18 Sed quid, si conditio sit per alium implenda, an sufficiat illum offerre? Ut si quis voteat aliquid, si Petrus det Paulo centum, & Petrus ea offert, Paulus autem accipere renuit. Azor. lib. 11. in finem, moral. c. 13. q. 9. v. 1. Præterea conditio, affirmat votum obligare, & addit sufficere illa centum deponi, si Paulus oblit. At non caret hoc difficultate. Quia id speciale est in legatis iuxta communione opinionem, ut conditio à duorum voluntate pendens censetur impleta, quando per debentem non fiat. Quare in contradibus non tenebit obligatio. Ut ex multis probauimus libro 1. de matrim. disp. trigesima tertia, num. 21. Quare potius placet votum id non obligare, & tamquam deficientis conditione. Quia votum assimilatur promissionibus humanis: à quibus in solo promissionis obiecto, cui sit, differt, quæ contractus sunt, & ideo potius assimilatur contradibus. Idque constat ex dictis n. 8. ubi probauimus conditiones impossibiles rejici ab ultimis voluntatibus, non tamen à voto.

19 Quarta conclusio. Quando votum emittitur sub pluribus conditionibus, si mens volentis sit obligare dependenter ab omnibus illis, deficiente quacumque deficit obligatio voti; si vero mens sit obligare se dependenter diuise, ita ut euentu quicumque ex illis maneat obligatus, obligabit votum una eueniente, cetera deficientia. Quia tota voti obligatio ex volentis voluntate confurgit. Et ita docent D. Anton. 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 4. ad finem, Sylv. verb. Votum 2. quest. 2. in fine, Tabiena verb. Votum 2. in fine. Quod si dubium sit utro horum modorum intenderit se obligare, D. Anton. ait tutius esse ceteri illam obligatum quacumque conditione ex illis eueniente. At Sylvius, dicit non tantum hoc esse tutius, sed & esse necessarium. Et probat ex cap. Verum de condit. apposi. & ex cap. Non solum in testimonio, & quibus ostendit. Et idem videtur sentire L. Anton. ait enim in hoc dubio, tenendum esse, quod securum est. At neuter textus quidquam probat, nec verbum ad hoc conferens dicit. Et ideo dicendum est, in hoc dubio votum non obligare, sed oportere omnium illarum conditionum euentum adesse. Quia cum sub pluribus conditionibus emisum sit, possessio fiat pro voluntatis libertate, dum ex omnes non impleatur: sicut quando sub una emittitur, dum illa non impletur.

20 Hinc deducitur, optime absolute dixisse Azor. lib. 11. in finem, moralium cap. 15. quest. 9. v. 1. Votum conditio, quando plures conditiones conjunctim apponuntur, omnes debere impleri, ut votum consistat; ut voto religionem, si pater, & frater ex Asia venerint, si autem disjunctim, satis esse alterutram impleri, ut si pater, vel frater ex Asia venerint. Quia ubi non constat de alia volentis intentione, standum est proprio verborum intellectu, qui est, ut oratio copulativa petat utriusque partis veritatem, disjunctiva vero alterius. Quod si volentis non meminit verborum, sed dabit utro modo fuerint, credo potius præsumi copulatiue dicta, ne obliget votum ante omnium illarum conditionum euentum. Quia cum constet plures conditiones apponatas, & natura conditionalis obligatoris sit petere conditiones integre impleri; possessio est pro libertate, dum non constat eas disjunctiue apponatas.

21 Secundo deducitur, quando votum sub pluribus conditionibus non emittitur disjunctiue, si quacumque illarum sit impossibilis, corrumpit votum, nisi aperte constet intentionem volentis fuisse, se disjunctiue obligare, quacumque ex illis eueniente. Si autem verba fuerint disjunctiua, obligabit votum eueniente conditione possibili; nisi constet intentionem volentis non fuisse verbis voti conformem; sed obligare se voluisse dependenter ab omnibus illis. Et idem est dicendum, si altera sit necessaria. Nam si copulatiue, expectandum erit, donec contingens impleatur. Si autem disjunctiue, obligat statim. Quia cum votum ex alterutra sola conditione pendat, & necessaria reputetur, ac si jam euenierit, ut diximus num. 5. statim obligabit votum. Ratio autem est, cur quando copulatiue non obligat votum existente altera conditione impossibili, secus quando disjunctiue. Quia in priori euentu exigitur utriusque conditionis euentus, & cum impossibilis euenire nequeat, corrumpit votum, juxta dicta numero octavo. In posteriori autem solius alterius euentus desideratur, & ideo altera possibili eueniente obligat. Nec in dubio est intentio verbis dissona præsumenda. Quando autem dubium est, utro modo fuerint verba, dicendum est non obligare votum. Quia, ut probauimus numero precedenti, in fine, est opus in hoc dubio omnes impleri; atque impossibilis impleri nequit.

22 Tercio deducitur, si altera conditio sit mala, vel indifferens, & non intendatur obtineri à Deo, vel per modum solius conditionis apponatur, valere votum, & si utraque conditio copulatiue ponatur, obligare utraque eueniente, & non aliter. Quia conditio mala, vel indifferens non irritum reddit votum in hoc casu. Ut probauimus hoc lib. quarto, cap. 1. in fine, numero decimo septimo. Ubi & diximus, quid censendum in dubio, an hoc modo apponatur conditio turpis. Si vero conditio mala, vel indifferens intendatur obtineri à Deo, distinguendum est, sicut de voto impossibili diximus numero præc. Quia hæc conditiones æque irritum reddunt votum hoc

modo apponatur, ac impossibiles. Et ideo si copulatiue apponatur ea conditio mala, vel indifferens cum alia bona, corrumpit votum. Si vero disjunctiue, est validum: & obligabit solam, quatenus pendat à conditione bona, & illa eueniente, & non aliter. Quod si volentis non meminerit verborum, sed dubius est utro modo fuerint, non obligabit votum. Sicut numero precedenti in fine diximus, quando altera est impossibilis.

23 Quinta conclusio. Si conditio eueniat tempore voti, & hoc volentis ignorat: ut si quis promittat Deo centum, si nauis venerit ex Asia intra tres dies, & jam venerit voluntate ignaro; sic diligendum est. Si finis fuit ad impetrandum aduentum nauis à Deo, non obligat votum. Quia fuit error circa causam finalem, quem irritare votum probauimus hoc libro quarto, cap. secundo, numero quadragesimo secundo. Si autem id non assequi intendebat, sed tantum præsupponere eam conditionem, sicut quamvis aliam, obligat votum. Quia virtute est sentus, quomodocumque verificetur, ut intra dies iam venerit nauis: & jam verificatur, quando tunc temporis venerat: & magis censendum est, fidei præuenisse voluntatem volentis, quam defuisse conditionem. Sicut in testamentis censetur ea conditio subsistere, & sic valere legatum, quando ignorat testatore ea ante testamentum impleta erant: nec oportet eam iterum impleri, et si iterari valeat. Prout ex multis textibus probat Anton. Gomez. 1. variis, cap. 12. numero sexagesimo primo & sexagesimo octavo, Sarmiento libro secundo de testam. cap. 1. num. 3. q. 10. Molina tomo primo de iustitia, disputatio 206. columna sexta, v. 1. Conditiones casuales. Si autem in hoc posteriori casu volentis norat conditionem impletam, censetur velle, ut iterum impleatur; si iterari possit. Atque ita votum non obligabit, donec conditio iterum impleatur. Sicut in legatis probant prædicti Auctores. Nec enim præsumitur frustra conditio adiecta. Quod si iterari conditionem sit impossibile, quamquam in legatis haberetur pro non adiecta, inlar quacumque conditionem impossibilem: at in voto non rejicietur, sed illud irritum reddet: juxta dicta numero octavo.

24 Quod si dubium sit, utro horum modorum appoita sit conditio illa, id spectandum est volentis motio. Si id fuit, eo quod aduentu nauis commodius sibi sit exequi votum, est signum aperte indicans esse posteriori modo appositam conditionem. Atque ita ad ejus obligationem dijudicandam utendum est distinctione tradita numero precedenti. Si vero id fuit desiderium aduentus nauis, & signum conditionis appoite prioris modo, & ita non obligabit votum. At si omnibus pensatis rei maneat anceps, sic in hoc dubio iudicarem. Si volentis intererat eam conditionem impleri, præsumitur priori modo appoita ex communiter contingentiibus. Quippe optantes aliquid euenire, quod sua interest, vel euentum expectantes, vota Deo nuncupare solent; quod eum ad felicem illius euentum indicant. Si vero volentis non intererat, existimarem eam posteriori modo appositam. Quia cum sua non interfit, non est, cur præsumatur votum Deo oblatum ad id comparandum. Nec ejusmodi vota communiter offerri solent. Et ita potius præsumitur conditio posteriori modo adiecta. Si autem dubium sit, an volentis scierit, an ignorarit ejus conditionis euentum, potius est præsumenda ignorantia. Quia nunquam à scientibus euentum solent esse conditiones apponi. Et quia scientia est quid facti, & ideo non præsumitur. Tandem, quando constat conditionem aliquam adiectam esse, & dabitur, an in ipso actu volendi, & sic valeat; an potius ex intervallo, & sic non poterit adici, nec valeat, juxta dicta numero 7. crederem præsumi in ipso volendi actu appositam, & sic conditionem, aut quamvis aliam volentis adu restrictioem valere. Ductum autem in ipso volendi actu appositam esse, & raro post apponitur. Cum enim tunc facti adu, præsumitur factus cum omnibus circumstantiis, quas constat adiectas esse, ne præsumatur imperfecte juxta volentis intentionem factus, & post restrictus. Tum eriam, quia tunc constat de voto conditionali, ac restricto & ita in dubio, an conditio illa, & restrictio sint legitime, & in ipso actu appoita, non possidet voti absolutam, & sine restrictione illa obligatio, sed potius voluntas possidet libertatem, ut non aliter, nisi cum illa conditione, & obstrictione obligetur. Quod si non constat conditionem, & restrictionem adiectas esse, sed id dubium esset, possideret absoluta voti obligatio absque conditione illa, & restrictione, & ita absolute obligaret. Quia votum est certum, & causa excusans, & restringens est dubia.

25 Sed difficultas specialis est, an satis sit conditionem non in propria forma, sed in æquipollenti impleri, ut votum conditionale obliget. Et videtur id non satis esse. Quia conditio in specifica forma, & in significatione propria impleri debet, leg. qui heredi, in principio, & leg. Marcus, ff. de condition. & demonstrat. utpote quæ formam inducit; leg. Prætor, & lege Non unquam; ff. de collat. bonor. Secundo, quia ad voti obligationem non satis est, fore, ut si volentis adverteret, se ad id obligaret. Tercio, quia ubi executioni voti tempus præsumitur, quamvis cesset antea impedimentum, ob quod id tempus delinatum est, non obligat votum. At quoties particula si æquiualeat particula quando, importat destinationem temporis obligationis voti. Ergo quamvis antea

antea cesset impedimentum, & æquipollenter impleatur, quoad volens intendebat per illam restrictionem, non obligabit votum.

26 Ceterum dicendum est, quoties conditione æquipollenter adimpleta, idem prolixus effectus à volente intentus subsequitur, satis esse eam æquipollenter impleri, ut votum obliget, secus quando non sequitur idem effectus. Ut si quis voto religionem, si foror, vel quando foror matrimonio collocata fuerit, ductus ne eam præsidio destituta deferat cum corpore, & animæ periculo, censetur ea conditio impleta, si foror obierit, aut in religione professa fuerit, vel iam sit cum aliis fratribus diuicibus, ita ut volentis præsidio non indigeat. Similiter quis vovet religionem, si pater obierit, vel quando obierit, ductus solum, eo quod pater esset pauper, ejusque ope indigeret, tenetur voto, patre ad eum statum deveniente, ut nullatenus ejus præsidio indigeat. At si finis fuit causa non afficiens eum tristitia, non censetur tunc impleta conditio. Similiter vovet quis elemosinam, si ex certa negotiatione lucrum habeat, ut vel sic indicat Deum ad lucrum ex illa concedendum; non censetur impleta conditio, si aliunde id lucrum comparat. Secus si ex loca elemosinæ intentione votum esset, & ea conditio adficeretur gratia solus communitatis ad eam eroganda. Ratio autem est. Quia censetur conditio impleta juxta virtualem volentis intentionem manifestè deducam ex eius fine. Sentus enim illius conditionis juxta volentis intentionem est, si necessitas paratis, aut fororis non me detinuerit, aut si lucrum sufficienter ad regendum commoda elemosinam comparauerit. Unde non inicitur hoc voluntati, quam vovens creditur habiturus, si tempore voti cogitasset, id enim non sufficit voti obligationi; fed inicitur virtuali voluntati ex fine collectæ. Quod aperit colligitur ex doctrina, quam multis citatis, variisque textibus probantes, tradunt Sarmiento lib. 2. de testam. cap. 1. num. 12. & 13. Menochius de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 185. num. 6. & sequentibus, ubi docent, quoties conditio juris ordinis, vel natura ipsa ordinatur ad dispositionem, & est præambulum necessarium ad ipsam, posse impleri pro æquipollens, atque sufficere, ut impleta censetur, quocumque modo sit dispositio illi via expedita; secus quando conditio est omnino voluntaria, nec præambula ad dispositionem. Tunc enim debet impleri in forma specifica. Et de his posterioribus conditionibus ait Sarmiento intelligi adducta numero precedenti in prima ratione. Eter ratio discriminis est. Quia conditiones posterioris generis satis respiciunt, & factum ipsum, nec aliis subsistent, & ideo oportet, ut facta ipso, & in seipsis impleantur. At conditiones prioris generis non respiciunt seipsas, nec factum ipsum, sed finem, & effectum. Ergo non oportet eas in seipsis impleri, sed satis erit æquipollenter, ita ut idem effectus obtineatur. Atque est accommodatissimum exemplum ex l. Servus, C. de legatis, & l. Fideicommissa, §. Si cui ita, ff. de legatis 3. ubi si fideicommissum seruo legatum sit, si ex testamento libertatem adquisierit, & filiofamilias, si morte patris effectus fuerit sui juris, deciditur deberi tamquam conditio impleta, quovis modo seruo liber, & filiofamilias sui juris fiat. Quia ea conditio eo tantum pertinet, ut seruus, & filius, fideicommissi capaces essent: ad quod libertas, & exemptio à patria potestate, quovis modo acquiritur sufficiunt. Sed dices hæc doctrinam non esse ad rem. Quod sit de conditione ex natura ipsa, vel juris ordine requisita ad dispositionis valorem. Quod in exemplis voti adhibitis non consistit. Sed dico esse valde ad rem. Quia volens non ex mera voluntate, & tamquam nil confertens ad voti executionem, respexit conditiones illas, sed tamquam dispositiones ad facilius commodiusque exequendum; atque ita non spectavit conditiones ipsas in se, sed in ordine ad effectum, ut tunc sufficiat ex æquipollenter impleri. Et ita Albericum allegans concludit Sarmiento ex num. 13. ubi propter determinatum effectum dispositio inducitur, non modum, sed effectum attendit. Quare de omnibus conditionibus eam doctrinam tradunt alii, quos referunt, & sequuntur Covarr. quest. practicas cap. 39. num. 3. v. 1. Ex parte vero, Menochius eodem lib. 4. præsumptione 65. num. 15. & 16. & præsumptione 185. num. 26. & consil. 151. num. 15. volumine 2. Mantica de consuet. ultim. volunt. lib. 11. tit. 16. num. 8. ubi dicitur ex tacita testatoris, & contrahentium voluntate satis esse conditionem æquipollenter, & simili modo adimpleri, ita ut idem sequatur effectus. Nec obstant rationes contrariæ adductæ numero precedenti. Quia ad primam, & secundam constat ex dictis. Ad tertiam dic, quando præsumitur tempus certum, & determinatum, id esse verum; secus quando incertum, ac pendens ex futuro euentu; apponaturque tamquam præambulum, & dispositio ad melius exequendum votum.

27 Quod si dubium sit, an æquipollenter impleta sit conditio, ita ut idem omnino sequatur effectus à volente intentus, existimam votum non obligare, tamquam conditio deficiente. Quia potius est præsumptio pro voluntatis libertate, utpote quæ non absolute, sed sub conditione se obligavit, & certum est conditionem non impletam esse in specie, dubium autem, an aliquo modo æquipollenti sit juxta tacitam

tam voluntatem impleta. Quod si certum sit impletam esse ita æquipollenter, ut idem prolixus effectus sequatur, non obligabit votum.

28 Sexta conclusio. Quamvis votum conditionale minime obliget ad executionem ante conditionis euentum; ad obligat, ne pendente conditione assumatur status voto repugnans. Ut si quis vovit castitatem, vel religionem, vel se non institutum matrimonium, vel ad sacros ordines ascensionem, si Deus certum beneficium sibi concesserit, non tenetur ad hæc, donec id beneficium recipiat; & proinde interim fornicans non peccat contra castitatem; at tenetur interim non transire ad matrimonium, quo aptum voto exequendo se feruet, si conditio acciderit. Rationem hujus reddidi capite precedenti num. 11. Atque ita docent Abulensis cap. 30. Numerorum questione ultima, Navarra. lib. 3. consiliorum, titulo de voto, in prima editione, consilio 17. numero unico, in secunda consilio 15. numero unico; ubi bene dicit voventem religionem, si frater Roma venerit, quamvis elapsis decem annis nondum venerit, non posse ad nuptias transire, donec major mortis ejus certitudo habeatur. Transitus enim decem annis non sufficienter certum probat, juxta ea, quæ notantur, c. In presentia, & c. In comminatus, de sponsal. & nos latè diximus lib. 2. de matrimonio, dispensatione 46. Quod si hic ad nuptias transeat, & postea accidat conditio, ad quod teneatur diximus capite precedenti num. 13. Est tamen primo limitanda hæc conclusio, nisi conditio talis esset, ut eam apponi penderet ex libera volentis voluntate. Ut explicuimus adducto exemplo, capite precedenti num. 12. Secundo limitanda est, nisi jam moraliter certum sit non posse conditionem impleri. Ut si quis promissit religionem, si intra quadriennium doctus in aliqua facultate evaserit, postest eo non expectato ad nuptias transire, si antea moraliter certum sit, illum præ ingenui tarditate, aut quia ægrè laborat, aut inopia premitur, non possit ita studio vacare, ut eo tempore doctus evadat; aut quia non potuit usque adhuc litteris incumbere, & in residuo nequibit doctus evadere. Quia frustra dies expectatur, cujus accessus nil operari debet, l. Aliquando ff. ad Vellejanum. Dixi autem, quando est certum. Nam in dubio stat possessio pro voto.

29 Septima conclusio. In dubio, an conditio sit impleta, non obligat votum. Hanc probauimus hoc lib. 2. cap. 16. num. 3. 30 Ultima conclusio. Non semper est opus verborum conditionis cum completo effectu intelligi, fed satis est iuxta conditionis subjunctæ naturam effectus conditionis impleatur. Ut si conditio sit, si non ingressus fuero religionem, vovens sequatur omnes sexta foras, censetur impleta conditio, ut sic non teneatur ad id jejuniis; si bona fide ingrediatur animo perseverandi, & ex justa causa tempore novitatus exeat, secus si animo exundi ingrederetur, aut bona intentione, ad postea absque legitima causa exiret. Ut in simili diximus lib. 2. de matrim. disp. 34. num. 17. Quia ea conditio ingrediendi religionem intelligitur de ingressu, quem jus petit ad satisfaciendum voto religionis. Quia est bona intentione perseverandi, nec exeuendo, ob qua legitima causa. Ut latè explicuimus cap. 16. At secus esset, quando materia subiecta aliud denotaret. Ut si quis affectus ad perpetuum xenodochii obsequium, voveret illud sub hæc conditione, nisi ingressus fuero religionem, & repugnet executioni illius voti. Tunc enim intelligitur, nisi ingressus fuero cum effectu factus ingrediendi, & ita extens tempore novitatus tenebitur voto. Quia ea conditio apponitur tantum, quatenus oblat, at non oblat, nisi secuto pleno effectu. Atque in dubio intentionis credo sic intelligi. Quia ea conditio tacite inerat, & ideo expressa nil novum operatur, nisi constet de novo, ac differente expressionis modo, quam inerat. Est enim modus cum sit quid facti, non præsumitur. Si tamen hic post professionem, aut post simplicia biennii vota in Societate Jesu expelleretur, non teneatur ad id obsequium. Quia cum simili conditio cum pleno effectu posita sit, extinctum erat illud obsequii votum, quod in ejus conditionis defectum erat promissum. Quod quidem de professione est certum, cum per illam omnia vota antea facta extinguantur. Nec ad illud etiam teneatur, si commutaret illud in religionis ingressum, & postea ex legitima causa exiret. Quia per commutationem extincta erat illa obsequii xenodochii obligatio, & translata in obligationem ingressus religionis, cui illo ingressu satis sit. Ut latè diximus cap. 16.

S U M M A R I U M.

An votum sub conditione negativa impossibili, mala, indifferenti, necessaria, aut honesta, aut sub pluribus conditionibus, & altera prædicti virtus affecta, vel omnibus benefici obliget? num. 31. Quando obliget votum sub conditione negativa, quando in eo tempore præfixum non est? Proponitur ratio dubitandi, num. 32. Refertur, & impugnatur quadam sententia, num. 33.



Quia votum obligare nequit cum maioris boni proprii, vel alterius impedimento.

45 Tercio id certum est, quod extra predictos casus impediens consulto conditionis eventum, ne teneatur voto, peccat mortaliter contra votum. Quippe eo ipso quod promittit aliquid sub conditione, censetur virtute duplex votum emittere; alterum conditionis non impediendae, aut standi voto; alterum rei principaliter promissae. Ut promittens centum Titio, si ipsi opemulerit, promittit virtute illa centum, & permittit eius opem, aut illa ei dare perinde ac si opem tulisset. Atque hoc omnes fatentur, & precipue illi, quos n. 47. referemus dicentes, teneri hunc voto, perinde ac si conditio impleta esset. Quia cum intendat non implere votum obligans sub mortali in casu, in quo teneatur implere, peccabit mortaliter.

46 Difficultas tamen eo pertinet, an tunc teneatur voto, perinde ac si conditio impleta esset? Major, in a. diff. 38. q. 2. corollario 7. quod inquit ex prima propositione, dicit absolute votum hoc non obligare deficienti conditione. Ut si votum quid sub conditione, si impetret fantatem, & ob in temperantiam non obtineat, vel si praeservetur a peccato, & labatur in illud. Et potest probari, quia ex nulla ratione colligitur votum sub conditione, voluisse se obligare illa quomodocumque non eveniente. Quippe ex eo, quod virtute se obligavit ad non impediendam conditionem, sequitur eam peccare in votum impediendo eventum, non tamen sequitur ipsum votum obligatum ad rem sub conditione promissam. Quod ad eam non se obligavit, nisi conditione eveniente, & nondum eventum. Secundo quia votum obligatum temporis non obligat eo transacto, quamvis in voti fraudem praemittatur eo tempore. Ergo obligatum conditionis non obligabit ea deficienti, quamvis in voti fraudem impedita.

47 Prima tamen conclusio fit. Extra predictos casus impediens consulto conditionis eventum, ne voto teneatur, adstringitur perinde voto, ac si conditio impleta esset. Ducor ex regula, Cum non fiat per eum 66. de regul. juris, in 6. & regula, in iure civili 122. ff. de regul. juris, & melius ex l. in executione 85. §. finali, ff. de verborum obligationibus, ibi: Quicquid sub conditione obligatus fuerit, ne conditio existeret, conditionibus obligatus. Ubi aperte dicitur haec conclusio. Et ratio fundamentalis est: quoties apponitur conditio dependens ab aliis causis, sive naturalibus, sive liberis, quae licet impediri nequit, verus eius conditionis sensus est, si per alias causas non involuntariis non feratur, quatenus hoc fiat, vovet talem rem. Cum enim appolita sit conditio ex natura rei non pendens ex voluntate, sed contra eam potest accidere, aut impedire: verba obligationem in illius eventum imponentia, & dependenter ab aliarum causarum cursu, censentur naturae conditionis accommodari, & praesumitur virtualis voluntas intentio ea esse, dum de alia non constat, obligandi se ad id votum, nisi conditio ob alias causas defecerit. Quando ergo per alias causas fiat, impletur conditio in vero, & formaliter intentio a vovente, quamvis in materiali deficiat. Et confirmatur, quia quoties de alia peculiari voluntas intentionem non constat, verba sunt accipienda iuxta modum, quo ea ius intelligit, & standum est in utroque foro praesumptione iuris. Ut probavimus lib. 1. huius tractatus, c. 10. num. 28. At ius in hoc eventu praesumit hanc intentionem in huiusmodi obligatione, & verum reputari conditionem impletam. Ut ex iure proxime probavimus. Ergo dum non constat de alia voluntate, ita in utroque foro sentiendum est. Secundo, quia si quis promittat Titio decem, si domum promittentis ingreditur, nemo promittentem eximet ab obligatione standi promissae, si Titio ingredi volenti fores domus claudat, ne ingreditur. Tandem, quia frans, & dolus nemini patrocinarum debent, & Aduerius, de immunit. Eccles. Et ex his constat solutio rationum contrariae sententiae, quas num. praes. retulimus. Nam ad primum dico ex dictis iam constare unde ea virtualis voluntas deducatur. Ad secundum fateor id votum esse obligatum conditioni, non materialiter sumptis, sed formaliter, & proprie, ut virtute intentio est a vovente. Et hoc modo iam eam impletam esse probavimus. At votum est obligatum diei materiali, & ideo quomodocumque illa die materiali non impletur, cessat omnino eius obligatio. Et hanc sententiam tenent loquentes de promissionibus humanis, Glossa l. si rem cibi 19. §. finali, verbo Victorii, ff. de praescriptis verb. Et ibi, Bartol. in fine, & idem Bartol. d. l. in executione, §. finali, in fine, & ibi Paulus num. 2. Inola in fine, Jafon num. 3. Alciatus nu. 3. Decius ea regula in iure civili num. 6. ubi dicitur promittentem alicui, si ipsum vicerit in ludo, quamvis non teneatur procurando se non vinci, eo quod conditio haec fit eius naturae, ut licet impediri valeat, ut diximus nu. 42. at teneat, si ob id ludere nolit, eo quod licet per illum, quominus conditio ludi impletur. Et in propriis voti terminis docent Ricardus a. diff. 38. art. 5. §. 2. corpore, & ibi Supplementum Gabrielis 4. diff. 38. conclusio 2. in fine, Angelus verbo votum 1. num. 10. Sylvester, verbo votum 2. q. 2. dicto 2. Tabiena verbo votum 2. q. 2. in initio, Navarrus summa c. 12. num. 42. & lib. 3. consil. tit. de voto, in 1. editio, consil. 24. num. 2. in 2. consil. 30. num. 2. Palacios 4. d. 38. diff. 1. post 5. conclusionem, fol. 838. column. 1. Angelus sicutus 2. p. 9. unica de voto, art. 2. post 17. difficulta em;

dubio 8. Azor, lib. 11. instit. moralium c. 20. q. ultima. Ludovicus Lopez 1. p. instructorii, c. 44. column. 2. vers. Qui vult aliquid, Manual 2. tomo summa c. 9. ad finem.

48 Secunda conclusio. Similiter est dicendum teneri hunc voto, et si non ex professo impeditur eius eventum in voti fraudem; sed ex gravi sua negligentia eius eventum impedit. Quod adhuc verum sit non impediti conditionem per alias causas: sed apponitur in studium, quid in voto inclat rursus hinc deducendis, & ex limitationibus statim apponendis. Et hinc sententiae videntur Ricardus, Supplementum Gabrielis, Angel, Sylvester, Tabiena, Lud. Lep. Azor, Manual num. praes. allegati, ubi generaliter dicunt obligari voto eum, qui culpabiliter causa fuit, ne conditio impletur. Atque magis in propriis terminis docent Aduerios, quos num. 52. referemus in doctrina eorum ibi referenda.

49 Duplicitatem limitatione sunt ambae conclusiones intelligendae. Prior est, ut intelligatur, quando conditio pendet ex unico actu, seu impeditur unico actu. Si enim non ex unico, sed ex pluribus actibus pendet, quamvis semel in voti fraudem impeditur, non illico obligat votum; sed tunc dicendum est non cessare voti obligationem ob illum conditionis defectum, sed perinde se habere, ac si conditio non defecisset. Verbi gratia, promittit quis religionem, si Deus illum a tali peccato praeservaret, non illico ac semel, vel iterum, tentationes lapsus in illud victor evasit, teneatur voto, sed quando ita vincit, ut quasi dominium illius tentationis in se experitur. Ut diximus num. 34. Tunc autem deficiet conditio, quando ille vel non praeservatur. Si ergo data opera labatur (non exprimo, quando ex gravi negligentia, quia in hoc exemplo est tunc peculiaris difficultas tractanda, num. 52. & 53.) ille lapsus non efficiet deficiente conditionem, ut proinde cesset voti obligatio: sed reputabitur in eodem statu votum manere, pendens a conditionis eventu, ac si ille lapsus non esset. Sed tunc reputatur quasi impleta conditio, eo modo ille in fraudem impeditur, quando toties in voti fraudem labitur, ut iam omnino succubuerit tentationi ita, ut illa quasi dominium eius habeat. Si cur e contra censetur praeservatus, quando ita vicissit, ut quasi dominium illius tentationis habere.

50 Hinc deducitur, voventem religionem, si evaserit doctus in tali facultate, quamvis ex professo non vacaret literis, ne voti obligatione adstringeretur, non statim manere obligatum voto: possit enim accidere, ut aliunde non sit obligatus. Ut quia ex ingenii tarditate praeditus est, aut ea inopia salutis defectu laborat, ut certum sit conditionem non implendam, quamvis ipse impleri curet. Iuxta dicta num. 28. Et dicemus quid in dubio num. 54. Sed est obligatur adhuc voto, obligandus est, ut in litterarum studium incumbat, ut doctus evadere possit. Quod intelligi, nisi accesserit tempus obligationis illius voti, quo praesertim teneatur ex voto religionem capessere: ut quia promissit intra certum terminum ingressurum. Tunc enim cum conditio culpabiliter omnia censentur impleta, tenebitur statim ingredi. Et idem est dicendum, si notabili sua negligentia non sit impleta, quamvis non in fraudem. Iuxta dicta num. 48.

51 Posterior limitatio est. Ut intelligatur secunda conclusio, quando hic non adhibuit media ordinaria, & solita adhiberi ad obtinendum id, quod possumus est sub conditione; ad id enim censetur se virtute obligare. Secus si culpa sua extraordinaria, nec in fraudem impedit conditionis eventum. Verbi gratia, promittit quis religionem, si patet ex morbo ad pristinum salutem restituarur, vel si impiet voces fanitatem intra certum terminum recuperet: si non vocet medicum, adhibeatque medicinas necessarias, quales adhiberet voto non emisso, & sic culpa sua gravi, quamvis non in fraudem, sanitas recuperata non fit, aut non sit intra eum terminum, tenebitur voto; nisi certum sit iis adhibitis, non comparandam. Quia culpa sua notabili, media ordinaria omittens impedit conditionis eventum. At si causa, & non in voti fraudem, in est, potuere nimis excessit, est excessus fuerit mortalis, vel in alia quavis re excessit, quod in causa fuit fanitatis non recuperanda, aut non intra terminum praefixum, non tenebitur voto. Similiter si postea non in voti fraudem, sed ira percutit, non adstringitur voto. Quod ratione voti non obligari censetur ad haec extraordinaria, & a voventibus nunquam cogitata. Et ita Ricardus 4. diff. 38. art. 5. quest. 3. ad 2. Et Angelus verbo votum 1. num. 10. Sylvester verbo votum 2. q. 2. dicto 2. Tabiena verbo votum 2. quest. 2. in initio, Navarrus summa c. 12. n. 42. dicunt; ubi de alia intentione non constat, censeri hunc se obligare ad ea media, qua voto non emisso appoluerit.

52 Ex his deducitur primo, quid sentiendum sit de voto sub conditione, si Deus praeservet voventem ab aliquo peccato. Supplementum Gabrielis 4. diff. 38. q. 1. articulo 3. conclusio 2. in fine, ait hunc teneri voto, quasi conditio impleta, et si ex fragilitate, ac tentatione victus, facumbat. Quod ex culpa sua non impletur conditio. Deus enim adjuvaret, si quo in se est, ille faceret. Sed hanc sententiam nullatenus est tenenda. Quia iuxta eam nunquam id votum deobligare possit; ac proinde frustra eventus condi-

ditionis expectaretur, sed statim perfesse obligaret; ut in conditionibus necessariis accedere diximus n. 5. Quia impossibile est eam conditionem defecere, nisi ex voventis culpa. Aliis placet hunc tunc tantum teneri voto, quando non adhibuit eam diligentiam ad vitandum id peccatum; quam non emisso voto adhibuisset, vel quam intendebat apponere tempore voti, vel quando data opera in id peccatum lapsus est, ne voto adstringeretur. Ita docent, Ricardus, Angelus, Sylvester, Tabiena, Navarrus allegati num. praecedenti, Ludovicus Lopez 1. p. instructorii, c. 44. column. 2. vers. Qui vult. Quod Sylvester limitat, nisi constaret intentionem voventis fuisse, ut committeret aut esse, ut Deus speciale gratiam ei conferret, qua ab illa sua negligentia in eo peccato vitando praeservaretur. In dubio enim huius intentionis alt servandam esse praedicam doctrinam. Idem sentit, Manual 2. tomo summa cap. 98. ad finem, ubi ait hunc teneri voto, quando media non apposit ad id peccatum cavendum. Atque id probari potest ex dictis n. 48, ubi probavimus impediendum ex gravi negligentia conditionem impleri, teneri voto.

53 Verum exillimo aliquid speciale esse in hac conditione, & ita quoties de alia speciali voventis intentione non constat, minimè eum voto teneri, ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat; nisi solum quando data opera, ut voti obligationem effugiat. Tunc enim obligabitur eo modo, quem nu. 49. explicuimus. Ducor, quia ut bene ait Sylvester, n. praes. allegatus, communitur in eo votum intendunt voventes, ut Deus speciales vires ipsis addat, quibus illam negligentiam superent. Ergo ubi non constat de alia voventis intentione, haec in dubio à communitur accidentibus praesumenda est. Quare non consequenter locutus est Sylvester, ibi dicens hanc esse communem voventium intentionem, & cum non praesumi in dubio. Et ideo hanc sententiam sustinet Palacios 4. d. 38. diff. 1. post 5. conclusio, fol. 838. column. 1. Angelus sicutus 2. p. qu. unica de voto art. 2. post 17. difficulta em. Et videtur tenere Azor, lib. 11. instit. moral. c. 20. quae ultima, in fine, ubi docent tunc hunc obligari voto, quando sciens, & sua sponte se in peccatum praecipit, aut periculum obijcit, aut peccati occasionem quaerit; secus quando ex negligentia cadit. Quamvis non explicet desiderari quoque, ut in voti fraudem, ne eo teneatur, id efficiat. Quod desiderari quoque existimo, ut praedixi.

54 Secundo deducitur, voventem aliquid, si quisquam id consulerit, non posse ab eo petere, si id consilat, aut, ut nolit, ne voto teneatur. Quod si id petat, tenebitur voto, si alias certum est fore, ut ille vellet, aut consuleret. Dico si certum sit, quia in dubio, an conditio impletur, quae ab alterius voluntate pendebat, possit aliquis existimare hunc non teneri voto. Quia ad obligationem voti conditionalis est necessarium, ut constet conditionem esse impletam, ut diximus n. 29. Sed dicendum est, etiam in hoc dubio teneri. Quia cum censetur conditio impleta, quoties malitiose eius eventus impeditus est, & constet hanc malitiosè impeditisse, stat possessio pro illius conditionalis voti obligatione. Et constat ex Doctoribus, quos n. 47. allegavimus, dicentibus promittentem aliquid, in alio dicitur victus fuerit, quamvis procurando se non vinci, non efficiat contra conditionem: ac efficiere, & teneri promissione, si non ludat, ne vincatur; cum tamen dubium sit, an ludens vincatur, & sic ponetur conditio. Quare ut hic à voti obligatione tunc liber evadat, opus est certo scire fore, ut eo non petente deficeret quoque conditio: eo quod alter id nolit, aut non consuleret. Quamvis autem non possit petere, ne consulat, aut ut nolit, potest ipsi syncretè repraesentare difficultates, & contradictionem, quam sentit ad votum explendum, ut aliter videat, an expediat contradicere, aut non consilere illud. Quia hoc non est impedire euentum conditionis culpabiliter. Dum autem dixi petentem, ut nolit, vel non consulat, teneri voto, intellige, cum alter nequit iterum haberi, ut eius voluntas, vel consilium iterum petatur. Nam si potest haberi, id iterum peti debet. Ut statim dicemus.

55 Quando tamen praesertim consensum, aut consilium ille deperet, qui seculo eo dolo dissentire vellet, aut consuleret, non liberatur voto. Quia error ille involuntarii causa fuit. Sicut nec liberaretur, si metu, quamvis non cadente in virum constantem, eum dissentium, aut consilium extorqueret. Quia votum obligavit ad liberum consensum, & consilium petenda. Quare declarata veritate, ac sublato omni metu teneatur id consilium vel consensum iterum petere. Quod si ille jam consili nequeat, quia obijt, aut alias haberi nequit, tenebitur voto, utpote qui conditionis eventum culpa sua impeditur; nisi certum sit seclusis dolo, & metu, idem illum consulerum, aut voliturum. Nam in dubio tenebitur voto. Ut n. praes. probavimus.

56 Tandem si veritate sincere narrata, ille contrarium consulerit, siue prudeniter, siue imprudenter, & ex ignorantia, liber maneat voventis a voto. Quia defecit conditio. Et e contra est imprudenter rem promissam consulerit, manet adstrictus voto. Quia ille non se obligavit ad prudentem conformem alterius consilium sequendum, sed ad id, quod ipse consulerit quacumque, nec se obligavit ad aliud, nisi ad huius consilium petendum, & sequendum. Et quamvis id semel praesertim ille postea revocet, nil pro-

Summa Th. Sanchez, Pars II.

derit. Quia de primo consilio ea conditio intelligitur. Si certum conditio, si alter voluerit, intelligitur de primavoluntate. Ut diximus num. 14.

De votorum irritatione

CAPUT XXIV.

Quid, & quod duplex irritatio sit, qualem causam exigat? Quibus, & quo jure competat? Et an extendatur ad vota interna, & in posterum emittenda, & ad vota, in quorum obligationem haeredes succedunt? Et an irritandi potestas sit delegabilis?

SUMMARIUM.

Quotupliciter obligatio voti cesset? num. 1. Qualiter differat irritatio à dispensatione, & commutatione? n. 2. Quotupliciter sit irritatio? Et quo differat à voti suspensione? num. 3. An irritatio impropria, seu indirecta competat quibuscumque superioribus, & respectu quoruncumque subditorum? num. 4. An utraque irritatio sit actus jurisdictionis, & facta ab excommunicato valeat? num. 5. An sit opus impendere aliquid ei, cui votum irritatur, aut possit superior solum suspendere, aut partim irritare? num. 6. An irritatio ad sui valorem, aut honestatem petat causam? Explicatur à num. 7. usque ad 13. An peccet subditus irritacionem voti absque causa petens? Refertur duplex sententia, num. 14. Explicatur sententia Auctoris, nu. 15. An sit sit quacumque causa levis ad irritacionem? nu. 16. An possit irregularis sit vota laicorum irritare? Refertur quadam sententia, nu. 17. Explicatur sententia Auctoris, nu. 18. Quid de votis clericorum? num. 19. Quid de votis religiosorum? Et an sit supremum eorum praesentium? num. 20. An Episcopus possit vota saecularium etiam clericorum irritare? num. 21. Quid de votis religiosorum? num. 22. Quid de superioribus habentibus vicariam jurisdictionem? num. 23. Quid de praefamilias respectu famulorum? nu. 24. An irritatio voti concedi possit subdito invito? num. 25. Quid de dispensatione? nu. 26. Quid de commutatione? nu. 27. Quo jure competat potestas irritandi vota superioribus habentibus potestatem dominativam? Explicatur à num. 28. usque ad 32. An possit ius Ecclesiasticum prorogare, aut coartare tempus ad irritanda pauperum vota, aut ipsam irritare, aut alii eam potestatem concedere? num. 33. An infideles possint valida vota emittere, & ea possit irritari? num. 34. An si quisquam vota in manibus alicujus extra religionem emittat, se illius obedientiam obligans, possit hic illius vota irritare? nu. 35. An possit quis sua voluntate efficere, ita vota sua alteri subjicere, ut ab eo irritari valeant? nu. 36. An possit ita se adstringere, ut eam voluntatem mutare nequeat? num. 36. Quando censetur eam voluntatem revocare? num. 38. An superioribus potentibus irritare, commutare, aut dispensare, id competat respectu votorum internum, ac de re interna? Refertur quadam sententia, nu. 39. Explicatur sententia Auctoris, nu. 40. An Pontifex possit vota futura proprie irritare? nu. 41. An possit ex causa iusta reddere nullam professionem futuram? num. 42. An possit quoddam personarum genus, aut personam specialem inhabilitare ad professionem, & vota simplicia Societatis Jesu? num. 43. Quid de aliis votis simplicibus? nu. 44. An haec irritatio sit actus jurisdictionis, & valeat absque causa? num. 45. An huiusmodi irritatio liceat etiam Episcopis? nu. 46. An de facto sit aliqua ejusmodi irritatio? nu. 47. An superiores habentes potestatem dominativam possint vota futura irritare? Refertur quadam sententia, nu. 48. Explicatur sententia Auctoris, num. 49. An possit subdito interdiciere vota emittere ipse inconsultus? n. 50. An vota contra hoc interdictum emissa sint irrita? Refertur opinio, nu. 51. Explicatur sententia Auctoris, nu. 52. An superiores irritare possint vota, qua quidam tertius irritanda iudicaverit? nu. 53. An superiores irritare possint vota, qua quidam tertius irritanda iudicaverit? nu. 53. An possint facultatem irritandi delegare? nu. 54. An valeat denegatio hac facta à superioribus excommunicatis? n. 55.